

alterari non debeat, et quando apparet de vetustate et antiqua consuetudine, illi omnino standum sit. L. Si cui aqua, § 1, § 12, § 22, ff. De aqua et aquæ pluvie arcendæ: Bero, consil. 144, num. 39, circa med. volum. 3. et alii passim.

(45. Hinc in præjudicium alterius non licet antiquum aquæ cursum alterare. L. Unica, vers. Generaliter, ff. Ne quid in flumin. public., l. 1, § Non autem, ff. De flumin.; Rota, part. iv, tom. II, recentior. decis. 61, n. 2; Menochius, consil. 999, n. 42, et alii passim.

(46. Quamvis enim dominus, per ejus fundum aqua ducitur, rivum et canale mutare possit juxta glossam communiter receptam in l. Si cui, in ult. Gloss., ff. De servitut. Hoc tamen solum permittitur ad effectum, ut aqua per rivum novum ducatur ratione commodioris usus sui prædii, non autem ad effectum faciendi novum opus, et dummodo hujusmodi mutatio non noceat habenti servitutem aquæ ducendæ. L. Prætor ait 1, in princip., ff. De rivis; Glossa, in l. Si cui, ff. De servit., cum aliis cumulatis per Bero, consil. 144, n. 20, vol. 3.

(47. Aquæ servitus non acquiritur ex cursu naturali, ejusque usu, etiamsi per mille annos fluxerit in fundum inferiorem propter libertatem ex eodem naturali cursu conservatam, cum res animæ expers, prout est in aqua, nullum jus tribuere possit, nisi concurrat actus hominis ad text. in l. Proculus, ff. De damnis infectis; Rota, part. iv, tom. II, recent. decis. 425, n. 3 et seq., et sacre alibi; Mascard, De probationib., conclus. 123, n. 14; Veronen., Deservit. aqueduct., n. 57, controvers. 310, n. 156; Marin., controvers. 16; Cancer., Variar. resolut., part. iii, cap. 5, n. 241, et alii passim.

(48. Dominus fundi inferioris tenetur recipere aquam fundi superioris, si agatur de ejus naturali fluxu vel decursu, quem situs qualitas causet, absque industria et opere manufacto; in tali enim casu dominus fundi inferioris prohibere non potest, ne aqua pluvialis, vel alia fundi superioris in eum decurrat. L. Si cui 1, § 10, 13, 22, ff. De aqua et aquæ pluvie arcendæ, l. Si aqueductus 47, ff. De contrahend. emptio.; Rota, part. xiv, recentior. decis. 461, n. 10; Surd., consil. 17, n. 14 et 27, consil. 23, n. 9; cardinal. de Luca, De servitutibus, decis. 93, n. 3, cum aliis ibi citatis. (49. Si autem agatur de aquæ fluxu, seu decursu proveniente ex hominum industria et opere manufacto, dominus fundi inferioris non tenetur recipere sibi præjudicialem aquam fundi superioris. L. Si cui aqua 1, § 1 et 13, ff. De aqua, et aquæ pluvie arcendæ. Sic eardin. de Luca, loco cit., n. 3, cum pluribus aliis ibi citatis, ubi ut supra conciliat leges, quæ in hoc videntur esse contrariæ.

(50. Servitus in Ecclesia cadit sub Extravagant. Ambitosæ; card. de Luca, De servitutib., disc. 17 per tot., De alien., disc. 18, n. 8, De præminent., disc. 26, n. 13, et alii communiter; adeoque neque ei servitus passiva imponi, nec activa alienari potest.

sine Beneplacito Apostolico. Quaranta, in Summa Bullar., verb. Alienatio, n. 22; Conrad., Præx. dispensation., l. 9, cap. 4, n. 15; Monacell., tom. I, tit. 5, formul. 15, n. 20, ubi refert, sic expresse declarasse sac. cong. Concil., in Albanens. 21 Junii 1698, in qua agebatur de impositione servitutis immitendi tigna, et appodiandi super muros conventus PP. minorum conventualium.

(51. Hinc servitus cryptæ, et aditus subterranei, servitus fenestræ, seu prospectus, servitus portæ, vel transitus a domibus privatorum in ecclesias haberi non potest sine speciali Indulto Apostolico. Vide verb. ECCLESIA, art. 5, verb. FENESTRÆ, verb. PORTA, verb. PROSPECTUS, ubi afferuntur ad id decreta.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

Sufficere hic arbitramur, si aliqua addamus de servitutibus realibus in genere.

(52. Reales servitutes a prædiis dominantibus dicuntur vel urbana vel rustica. Prædia autem dicuntur vel urbana, vel rustica, ratione usus et destinationis.

(53. Utilior est servitutum distinctio in affirmativas, quæ in faciendo, et negativas, quæ in non faciendo consistunt. Illæ quasi traditione acquiruntur, hæ nuda promissione. Illæ præscribuntur ordinario modo, hæ vero requirunt prohibitionem alterius cum servientis acquiescentia conjunctam.

(54. Denique ex male intellecta l. 14, ff. De servitutib., doctores distinxerunt continuas a discontinuis; illas dicentes, quarum usus continuo adest: has vero, quæ non habent certum continuumque exercitium, et proinde has impræscriptibiles dicunt, non illas.

(55. In omni vero servitute reali quatuor necessaria sunt. I. Legitima constitutio a parte concedentis; II. Legitima acquisitio respectu acquirentis; III. Duo, et quæ vicina prædia, quorum alterum alteri præstet utilitatem. His addunt IV, causam perpetuam.

(56. Quod ad primum attinet, constituitur aliquando servitus a judice. L. 22, § 3, ff. Famil. erciscund., ut plurimum vero a privato. (57. Hic, ut legitime constituat servitutem, debet habere dominium irrevocabile prædii: qui enim revocabile habet dominium, vix in sui præjudicium servitutem constituere valet. Confer Stryk, in usu modern. Pandect., l. 8, tit. 1, § 10. (58. Tuam habere debet dominium totius rei: rei etenim communi nec pro parte sua imponere dominus potest servitutem. L. 2, ff. De servit., l. 6, § 1, ff. Commun. Præd. Adi Donell., Comment. jur. civil., lib. xi, cap. 9, lit. C et sequent., et liberam demum potestatem disponendi habere debet. (59. Fit inde, quod proprietarius non aliter, quam cum consensu usufructuarii imponere servitutem potest fundo usufructuarii, per l. 15, ff. De usufruct. ubi pro Ne quidem legi debet, Equidem, ut l. 6, eod. declarat Bykershök, lib. i, observ. 11.

(60. Quod vero concernit secundum, de jure Romano tantum quilibet sibi servitu-

tem acquirere poterat. L. 5, c. Commun. præd. Sed aliter hodie. Vide Stryk., in usu modern. pandect., tit. Commun. præd., § 5; Schilter., exercit. 18, § 35.

(61. Acquiritur ultima voluntate, adeoque statim a morte testatoris transit. L. 19, § 1, ff. Quemadmodum servitus amitt. (62. Inter vivos per expresas conventiones accedente in affirmativis quasi traditione, seu patientia, et usu, vel inductione in prædium. (63. Ipso facto seu tacita voluntate non facile constituitur. L. 36, ff. De servit. præd. urban., l. 1, ff. De servit. legat. Consule Hertium, dissert. De servit. fact. constit., nisi usus rei legatæ foret inutilis. L. 30, De servit. præd. urban., l. 7, pr. L. 10, cap. Commun. præd.

(64. Acquiritur itidem præscriptione; si contra ipsum dominum possidentem sine titulo servitus exercetur, accedente scientia et patientia ejus. L. 1, pr. Si servit. vindic., l. 2, c. De servit. (65. Tempus immemorabile olim vice tituli erat. L. 1 in fin., l. 2 in princip., § 5, 6 et 7, leg. 23 in fin., De aqua et aquæ pluv. arcend. (66. Jure novo sufficit longissimi temporis præscriptio. (67. Si a non domino alteri constituta est bona fide accedente, et titulo etiam 10 vel 20 annis acquiritur. L. 2 in fin., c. De præscript. longi tempor. (68. Sed in discontinuis, ut plurimum immemorabile tempus hodie desiderant, quod per errorem in quibusdam locis introductum. Stryk., in Usu modern. Pandect., tit. De servit., § 6; Muller. ad Struv., exerc. 13, thes. 39, litt. K.

(69. Quoad tertium inter duo prædia desideratur vicina. L. 39, ff. De serv. præd. urban. leg. 5, ff. De servit. præd. rustic. (70. Ut non semper immediata esse debeat, nisi quam natura rei postulat. L. ultim., ff. Deservit. præd. rustic., l. 1, l. 14, ff. De serv. præd. urb.; Franzk., ad tit., ff. Deservit., n. 28 et seq. Adde Donell., Comment. jur. civil., lib. xvii, cap. 2.

(71. Requiritur præterea ut alterum alteri præstet utilitatem, quæ non tantum ex commodo, sed etiam, luxu civitatum aucto, ex amenitate aestimatur, ob quam etiam vicini sæpe interesse potest. L. 15, ff. De servit., l. 3, § 1, ff. De aqu. quotid. et æstiv.; Noodt, lib. i Probabil. jur., cap. 2, (72. præsertim in locis, in quibus voluptas in pretio est, in quibus meliorem prædiorum causam faciat. L. 6, ff. De serv. præd. rustic. (73. Id vero, ubi non est servitus realis.

SIGILLUM.

SUMMARIUM.
1. Sigillum pro annulo, et annulus pro sigillo usurpabatur antiquitus. — 2. Sigillorum usus fuit antiquissimus penes principes pro jurisdictione communicanda subditis per annuli traditionem. — 3. Imo usque ab origine mundi hos annulos pro ob signando fuisse tradunt multi. — 4. Sigilli nomen unde deducatur? — 5. Sigillum quid sit? — 6. Sigillum debet esse tale, ut deducat in notitiam sigillantis. — 7. Et si contineat imaginem, debet imago esse conformis originali. — 8. Sigillum dividitur in authenticum, in non authenticum: et quale sit utrumque. — 9. Quatuor sunt, quibus redditur sigillum vacillans, ac detrahitur ejus fidei,

L. 8, princip., ff. De servit. (74. Præstat autem utilitatem ordinarie omnibus fundi partibus. L. 23, § 3, ff. De serv. præd. rustic. Similiter ubi indefinite concessa, totus fundus servit. L. 21, eod. Civiliter tamen alter servitute uti debet; l. 9, ff. De servit. (75. Adeoque legatarius audiendus, si hæres per certam partem fundi velit servitutem assignare. L. 26, De serv. præd. rustic. (76. Aliquando etiam per arbitros hæc res determinatur. Confer Mev., part. iii, decis. 372.

(77. Notandum vero quod ita utilitas est præstanda, ut alterum prædium aliquid patitur, aut non faciat; de jure enim Romano nulla in faciendo consistit servitus. L. 15 in fin., ff. De servit. (78. Promissio hæc operatur obligationem mere personalem, quæ tertium possessorem non stringit. L. final. in fin., ff. De contr. empt.; Adi Stryk., in usu modern. pandect.; tit. De servit., § 3. (79. Num autem hodiernis moribus servitus in faciendo consistere queat, vide Titium, De servit. in faciendo consist.

(80. Reliquum est, ut de quarto disseramus. Requiritur servitutes causam perpetuam seu naturalem. L. 28, ff. De serv. præd. urb., quia servitutes natura sua sunt perpetuæ. (81. Admissæ vero fuerunt jure prætorio ex æquitate contra subtilem antiquorum jurisconsultorum philosophiam, seu contra jus civile, servitutes temporales. L. 4, ff. De servit. (82. Quia et hodiernis moribus non amplius hoc quartum requisitum in usu est. Qua de causa servitus foraminis hodie datur. Stryk., in Usu modern. PP., tit. De servit. præd. urban., § 18.

(83. Effectus constitutæ servitutis est a parte servientis prædii, quod nihil possit facere in præjudicium dominantis. L. 14, ff. De servit. præd. rustic. Omnia concedere debeat, sine quibus servitus exerceri nequit. L. 20, § 1, § De servitut. præd. urban. (84. A parte dominantis, quod perpetuo possit servitute uti, nisi ad tempus fuerit constituta, l. 4, ff. De servit., non vero aliis rursus concedere; l. 24, ff. Locati, aut ultra prædii necessitatem eam extendere; l. 24, ff. De serv. præd. rustic., quatenus prædio servienti inde nocetur; dict. l. 24. (85. Pactis tamen plus concedi potest, quam servitutis ratio permittit; l. 33, § 1, ff. De serv. præd. rustic.; Noodt., lib. i Probabil., cap. 31.

et assignantur usque ad num. 12. — 13. Sigillum dividitur insuper in publicum, et privatum, et quale sit utrumque. — 14. Sigillum probabilibus non plene probat, nec plenam facit fidem sine subscriptione sigillantis in testamentis scriptis, sicut et in aliis casibus; ubi agitur de magno præjudicio, aut de jure vel consuetudine requiritur subscriptio. — 15. Opposita autem sententia est etiam probabilis. — 16. Scripturæ seu instrumenta, quæ habent sigillum authenticum seu publicum, plene probant. — 17. Scripta autem sigillo privato munita probant quidem, et valent in præjudicium illorum, qui ea scripserunt; non vero ad commodum eorum, nisi ab adversario fuerint approbata. — 18. Testamen-

ta, privilegia, et hujusmodi, in quibus sigillum est de solemnitate et substantia actus, absque dicto sigillo non habent vim probandi. — 19. Extra autem dictos casus, ac regulariter loquendo, sigillum in instrumentis ad substantiam actus non adhibetur, sed solum ad faciliorem ejusdem actus probationem. — 20. Sigillans scripturam videtur fateri omnia contenta in ipsa. — 21. Sigillum cum propriis insignibus habere debent omnia collegia, con-

(1. Sigillum pro annulo, et annulum pro sigillo usurpatum fuisse antiquitus ex Tacito, et aliis probat Cironius, ad tit. *De his, quæ fiunt a majore parte capituli*, et patet etiam ex utroque jure, ut in cap. *In nomine Patris 1*, distinct. 73, et in l. *Signatorius 74*, ff. *De verbor. significat.*, et l. *Argumento 25*, § *Ornamenta*, ff. *De auro et argento legato*. Idque etiam docent plures alii doctores cum cardinale Petra, *Commentar. ad constitut. Apostolic.*, § 3, *Proæmialis*, n. 48.

(2. Sigillorum usus fuit antiquissimus penes principes pro jurisdictione communicanda subditis per annuli traditionem, ut patet ex lib. *Esther*, III, ibi: *Tulit ergo rex annulum, quo utebatur, de manu sua, et dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag hosti Judæorum, dixitque ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum sit, de populo age, quod tibi placet*. Et infra: *Litteræ signatæ ipsius annulo missæ sunt per cursores regis ad universas provincias*. Et *ibidem*, VIII, expresse habetur: *Scribite ergo Judæis, sicut vobis placet, ex regis nomine, signantes litteras annulo meo*. Et *III Reg. XXI*, habetur, quod Jezabel Achabi Samariæ regis uxor, litteras, quibus Naboth injustæ morti tradi imperabat, regio sigillo obsignavit, ibi: *Scriptis itaque litteras ex nomine Achab, et signavit eas annulo ejus, et misit ad majores natu et optimates qui erant in civitate ejus*.

(3. Imo usque ab origine mundi hos annulos pro obsignando fuisse constat ex *Genes. XXXVIII*, ubi habetur quod Judas Thamari annulum dederit pignoris, et fidei loco. Nam si vocem Hebraicam attendamus, qua fuit usus Moyses, *ibidem*, quæ fuit *Cotam*, sigillum significat, et ob hoc a Moyse fuit verbum illud usurpatum, ut tenet Polyd. Virgil., *De inventor. rerum*, lib. VIII, c. 2, relat. ab emin. card. Petra, *loc. cit.*, n. 51.

(4. Sigilli nomen a parva statua derivari putat Thesaur., lib. II, *Q. forens.*, 100, n. 4 et seq., ex eo quod parvæ statuæ in ipsis sigillis adhibeantur; at vero alii diminutivum nomen a signo derivari prætendunt, nam in cognitionem alterius, nec aliter possit certificari sigillum illum esse illius, cui ascribitur. Cit. cap. *Inter dilectos*.

(11. Tertio, quando sigillum patitur ita enormem fracturam, ut ex residuo non possit clare cognosci, cujus sit. Sic colligitur ex cit. cap. *Inter dilectos*.

(12. Quarto, quando sub sigillo charta reperitur perforata, et per glutinum novæ ceræ sigillum illud ipsi chartæ connexam, ut expresse habetur in cit. cap. *Inter dilectos*, et notant ibi doctores passim.

(5. Sigillum igitur est signum seu signaculum certis notis impressum. L. *Ad testium 22*, § *Signum*, ff. *Qui testamenta*

ventus, prælati, abbates, archidiaconi, et superiores omnes, ac officiales, et eo uti debent pro scripturis authenticis. — 22. Sigillo aureo vel argenteo uti non possunt regulares. — 23. Minister generalis O. S. P. N. Francisci de Observantia legitime usus fuit, et uti potest sigillo cum inscriptione *Minister Generalis totius ordinis Fratrum Minorum*. — 24. Afferuntur ad id decreta cum aliis ad rem ad num. 35.

facere possunt, l. *Omnibus 1*, § 2, l. *Tabularum 2*, § 4, ff. *Testamenta quemadmodum aperiuntur*; Hoping., citat. cap. 1, § 3; card. Petra, *loc. cit.*, n. 75.

(6. Et sigillum debet esse tale, ut deducat in notitiam sigillantis. Argum. l. 3, *Stigmata 3*, cod. *De Fabricensibus*. (7. Et si contineat imaginem, debet imago esse conformis originali; alias si sit valde difformis, redderetur scriptura suspecta de falso. Scaccia, *De judic.*, lib. I, cap. 64, n. 27. Qua ratione Pontifex Innocentius III arguit falsitatem privilegii, quia sigillum non continebat figuram sigillantem. C. *Inter dilectos 6*, § *Sed contra privilegium*, De fide instrument., ibi: « Unde non episcopi, sed imperatoris videbatur fuisse sigillum, quod in una medietate Cæsaris imaginem exprimebat, et in altera medietate præsumebatur, vel filii vel conjugis imaginem habuisse. » Gonzalez, *ibidem*; Hoping., *loc. cit.*, cap. 8, § 1; Borel., lib. III *De magistrat. edict.*, cap. 13, n. 13; card. Petra, *loc. cit.*, n. 77.

(8. Sigillum dividitur in authenticum, et non authent. *Sigillum authenticum* est, quod multorum auctoritate comprobatur est, seu quod est certæ fidei; istud enim vocabulum *authenticum* ponitur pro re certæ fidei, seu quæ multorum auctoritate comprobata est, ut notant Spigelius et Joannes Calvinus, in *Lexico juris*, verb. *Authenticum*. *Sigillum non authenticum* econtra est illud, quod non est certæ fidei, sed ejus fides vacillat. Colligitur ex cit. c. *Inter dilectos 6*, De fide instrumentor., ubi abbas n. 4, ex ipso textu notat, quod quatuor sunt, quibus redditur sigillum vacillans, ac detrahatur ejus fidei.

(9. Primo scilicet, quando sigillum non congruit in sculpturis dignitati sigillantem; non enim potest rationabiliter præsumi sigillum esse illius, cui ascribitur, si sibi in imagine insculpta non convenit, ut expresse declaratur in c. cap. *Inter dilectos*.

(10. Secundo, quando litteræ sigilli sunt ita corrosæ vel sculpturæ ita consumptæ, ut ex eis oriatur æquivocatio, nec aliter possit certificari sigillum illum esse illius, cui ascribitur. Cit. cap. *Inter dilectos*.

(11. Tertio, quando sigillum patitur ita enormem fracturam, ut ex residuo non possit clare cognosci, cujus sit. Sic colligitur ex cit. cap. *Inter dilectos*.

(12. Quarto, quando sub sigillo charta reperitur perforata, et per glutinum novæ ceræ sigillum illud ipsi chartæ connexam, ut expresse habetur in cit. cap. *Inter dilectos*, et notant ibi doctores passim.

(13. Sigillum dividitur insuper in publi-

cum et privatum. *Sigillum publicum* est illud, quod publica auctoritate nititur, quia nempe detinetur a personis publicis, v. g. principe, magistratu, episcopo, capitulo, iudice, et hujusmodi pro communicando robore scripturis ad suam jurisdictionem, seu officium pertinentibus, de quibus sigillis loquuntur doctores ad c. *Scripta vero authentica 2*, De fide instrum., et Glossa, *ib.*, verb. *Sigillum*. *Sigillum autem privatum* est illud, quod apponitur a persona privata ad secretum servandum et notionem scribentis excitandam. Sic in re communis.

(14. Sigillum probabiliter non plene probat, nec plenam fidem facit sine subscriptione sigillantem in testamentis scriptis, sicut et in aliis casibus, ubi agitur de magno præjudicio, aut de jure, vel consuetudine specialiter requiritur subscriptio. Covarruvias, *Pract. quæst.*, c. 22, n. 9; Mascardus, *De probat.*, conclus. 1309, n. 7; Reiffenstuel, lib. I *Decret.*, tit. 22, n. 94; Bartolus, in *Proæmio*, ff. n. 8, vers. *Item quero, si est solum sigillum*, etc., allegans ad id l. *Ad testium*, § *Si quis ex testibus*, ff. *De testament.*, ubi dicitur: « Si quis ex testibus nomen suum non ascripserit, verumtamen signaverit, pro eo est atque si adhibitus non esset, » juncto summario, *ibidem*, ex eodem Bartolo desumpto expresse dicente: « Requiritur signatio et subscriptio, et alterum sine altero non valet. » Speculator, tit. *De instrum. editione*, § *Instrumentum ergo publicum*, n. 19, vers. *Item quod non est signatum*; Engel, lib. II *Decret.*, tit. 21, n. 18, et alii apud Mascard., *loco citato*, n. 6. Si enim solo sigillo plena fides præstanda esset, facile fraus, et dolus committi posset.

(15. Opposita autem sententia, quod nempe sigillum, ubi de ipso constat, probet et fidem faciat absque propria subscriptione sigillantem, nisi aliud legibus vel consuetudine institutum fuerit, est vere probabilis, et eam expresse tenent Innocentius, in cap. *Scripta 2*, in fine De fide instrumentorum; Menochius, lib. II *De arbitrar. judic.*, caus. 113, n. 6; Decius, in cap. *Post cessionem*, n. 31, De probation.; Covarruvias, *loco citato*, n. 9 circa finem, et alii apud Mascard., cit. conclus. 1309, n. 5, arg. cit., cap. *Scripta 2*, De fide instrumentor., ubi ista duo æquiparantur, et alternative sufficere dicuntur, nempe subscripta per manum publicam facta et scripta habentia sigillum authenticum, ibi: « Nisi per manum publicam facta fuerint, ita quod appareant publica aut authenticum sigillum habuerint, per quod possint probari. » In alternativis autem sufficit alterum adimpleri, textu expresso in cap. *In alternativis 70*, De regul. juris, *In alternativis.... sufficit alterum adimpleri*. Et concordat l. *In eo 110*, § 3, ff. *De regul. juris*, ibi: « Ubi verba conjuncta non sunt, sufficit alterum esse factum. »

(16. Scripturæ seu instrumenta, quæ habent sigillum authenticum seu publicum, plene probant, cap. *Scripta 2*, De fide in-

strum., ubi statuitur, quod alienius firmitatis robur non habeant instrumenta, si testes inscripti decesserint, nisi per manum publicam facta fuerint, aut authenticum sigillum habuerint, et tenent Glossa, *ibidem*, verbo *Authentica*; abbas, in *Summario*; Barbos., in *Collectan.*, n. 1; Reiffenst., *loc. cit.*, n. 89; Mascard., cit. conclus. 1309, n. 1, cum plurimis aliis ibi citatis.

(17. Scripta autem sigillo privato munita probant quidem, et valent in præjudicium illorum, qui ea scripserunt. L. *Generaliter*, cod. *De non numerat. pecun.*, l. *Publica*, § fin., ff. *Deposit.* Non vero ad commodum eorum, nisi ab adversario fuerint approbata. Citat. l. *Publica*, § fin., ff. *Deposit.*, l. *Instrumenta domestica*, cod. *De probationib.*; Glossa, in cit. cap. *Scripta 2*, De fide instr., verb. *Authentica*; Bartolus, in *Summario*, cit. l. *Publica*; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 90; Mascard., cit. conclus. 1309, n. 1, 4 et 40 ac seq., et alii plures.

(18. Testamenta, privilegia, et hujusmodi, in quibus sigillum est de solemnitate vel substantia actus; absque dicto sigillo non habent vim probandi. Menoch., l. 2 *De arbit. judic.*, c. 113, n. 13; Felin., in cap. *Inter dilectos 6*, n. 5, De fide instrumentor.; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 97, et alii, per text. in leg. *Ad testium*, § *Si quis ex testibus*, ff. *De testament.*, et cit. cap. *Inter dilectos*, ubi recte advertunt quod, si ob enormem fracturam sigilli vacillat fides privilegii, tanto magis vacillabit, si sigillum penitus deficiat, seu nunquam appositum sit.

(19. Extra autem dictos casus, ac regulariter loquendo, sigillum in instrumentis ad substantiam actus non adhibetur, sed solum ad faciliorem ejusdem actus probationem. Sic Innocentius, in cit. cap. *Inter dilectos 6*, verb. *Sigillum*, De fide instrument.; abbas, *ibid.*, n. 3; Felin., *ibid.*, n. 5; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 98; Menochius, *loc. cit.*, caus. 113, n. 13 et 14, cum Hostiens. et cardin. ibi citatis, et alii plures, per text. in l. *Contractus 17*, cod. De fide instrument., ubi ad valorem instrumentorum plus non requiritur, quam quod « subscriptionibus partium confirmata, et si per tabellionem conscribantur, etiam ab ipso completa, et postremo a partibus absoluta sint, » hoc est subscripta, ut explicat Glossa, *ibidem*, verb. *Absoluta*.

(20. Dicitur autem: « Sed solum ad faciliorem ejusdem actus probationem, » quia sigillans scripturam, contenta in ea præsupponit vera, et videtur fateri omnia contenta in ipsa, cum sigillum sit confirmatio quædam eorum, quæ in scriptura continentur, et probet consensum. Rota, part. X recent. dec. 200, n. 12; Alexander, consil. 147, n. 6 et 7, lib. II; cardin. Tusch., *Litt. sacr.*, conclus. 239, n. 1, cum Bald. et Romano ibi citatis, et alii passim.

(21. Sigillum cum propriis insignibus habere debent omnia collegia, conventus, prælati, abbates, archidiaconi et superiores omnes, ac officiales, et eo uti debent pro

scripturis authenticis. Conc. *Londin.* II, c. 29.

(22. Sigillo aureo vel argenteo uti non possunt regulares. Concil. *Nicæn. ex Arabico*, cap. 76.

(23. Minister generalis ordinis S. P. N. Francisci de Observantia legitime usus fuit, et uti potest titulo et sigillo cum inscriptione: « Minister generalis totius ordinis Fratrum Minorum: » ut hoc titulo insigniri consuevit a Summis Pontificibus, ut notat Dominicus de Gubernatis, in *Orbe Seraphico*, tom. I, lib. III, c. 10 circa finem, et signanter a Leone X, Clemente VIII, Paulo III, Sixto V, Urbano VIII, Greg. XV, Innoc. IX, et aliis sequentibus, et novissime a Benedicto XIII, constit. incip. *Universalis Ecclesie regimini*, et alia incip. *Dilectis filiis*, ibi: « Dilectis filiis ministro generali totius ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, nec non generali ministro Fratrum Conventualium ejusdem ordinis. » Et hoc, utraque parte informante, jam fuerat repetitis vicibus declaratum a sacra congregatione Rituum, prout ad litteram referuntur decreta a suprascripto Dominico de Gubernatis, *loc. cit.*, tenoris sequentis.

« Religionis S. Francisci.

(24. « Cum procurator generalis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci, sex ab hinc annis ægre ferret ministrum generalem de Observantia in præteritum usum fuisse, et in præsentiarum uti titulo et sigillo cum inscriptione: *Ministri generalis totius ordinis Fratrum Minorum*, recursum habuit ad Sanctissimum supplicans mandari reformari hujusmodi titulum tanquam non legitime dicto ministro generali de Observantia competentem. Et supplicatione per Sanctissimum ad hanc sac. Rituum congregationem remissa; eadem sacra congregatio discussionem hujus negotii ad referendum usque de anno 1625, commisit eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Muto, coram quo formato dubio de consensu ambarum partium: An titulus ministri generalis totius ordinis Fratrum Minorum, quo insignitur minister generalis Observantium, sit reformandus? Utraque parte sæpe sæpius in facto et jure desuper informante et audita; ad relationem ejusdem eminentissimi cardinalis Muti causa acerrime in plena congregatione discussa, sacra Rituum congregatio respondit nihil innovandum, et ministrum generalem de Observantia legitime usum fuisse, et uti posse titulo et sigillo cum inscriptione *ministri generalis totius ordinis Fratrum Minorum*, et ita servari mandavit die 22 Martii 1631. »

« Religionis S. Francisci.

« Religio Minorum Conventualium conquesta est apud Sanctissimum de Decreto ab hac sacra Rituum congregatione emanato ad favorem ministri generalis de Observantia S. Francisci circa usum tituli et sigilli ministri generalis totius ordinis Fratrum Minorum, supplicans tanquam non audita in

suis juribus audiri in signatura gratiæ, et mandari illustrissimo datario, qui concedat ad hoc supersessoriam necessariam.

« Ex adverso autem frater Alphonsus de Prato procurator generalis Minor. Observantium adiens et ipse cum supplici libello eumd. Sanctissimum, supplicavit, quod, stante jure suæ religioni quæsito tam ex bullis Pontificiis, quam ex novissimo decreto, parte adversa super usu d. tituli et sigilli per quinquennium, et ultra sæpius audita et replicante, nemine ex eminentissimis Patribus contradicente, ad sui favorem edito, et etiam impresso, Sanctitas Sua dignaretur huic negotio perpetuum silentium, ut par est, imponere. Et utraque supplicatione per Sanctissimum ad hanc sacram congregationem remissa, eadem sacra congregatio unanimi eminentissimorum Patrum consensu censuit, ex hactenus deductis non esse locum novæ audientie. Et mandavit secretario alloqui cum Sanctissimo juxta mentem.

« Die 12 Aprilis 1631

« Feria sexta die 21 Aprilis Ego secretarius allocutus fui cum Sanctissimo juxta mentem sacre congregationis, et Sanctitas Sua mandavit mihi, ut loquerer, prout feci ad R. P. D. datarium pro imponendo perpetuo silentio.

« Ita reperitur in registis congregationis sacrorum Rituum. In quorum fidem, etc. Hac die 9 Junii 1682.

« Loco ✕ Sigilli.

« Bernardinus CASALIUS secret. »

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(25. Sigillum est nota quædam impressum habens nomen et insigne, vel simul, vel alterutrum ad fidem rei conciliandam. Botticher., *De jur. sigillorum thesi* 8.

(26. Dividitur autem sigillum in publicum ac privatum. (27. Publicum, quod a persona publica in negotio suam privatam rem non concernente ad publicam fidem faciendam adhibetur. (28. Privatam, quod in negotiis privatis sigillantium adhibetur; Nicol. Honthem., *De art. notar.*, cap. 11, n. 29; Gilman., *decis.* 51, n. 43.

(29. Ut autem omne sigillum maxime privatam rectam et legitimam faciat probationem, roburque scripturæ addat, in ejus appositione tria regulariter requiruntur a doctoribus, quos allegat Hoping., *De jur. sigill.*, cap. 11, n. 7. (30. *Primum* requisitum est, ut in scriptura, seu subscriptione exprimat, cujus sit sigillum. (31. *Secundum* a quo sit appositum; et *tertium* propter quod sit appositum, sive ex qua causa adjectum. (32. Si enim hæc non appareant, nec ex circumstantiis possint colligi, sigillum nihil operatur.

(33. An ad validitatem instrumenti a notario confecti requiratur sigillum ipsius? Prævaluit opinio affirmativa; ut videre est apud Covarruv., *Practic. resol.*, t. II, cap. 20, n. 5; Moller., lib. IV *Semestr.*, cap. 15.

SIGILLUM SACRAMENTALIS CONFSSIONIS.

SUMMARIUM.

1. Sigillum sacramentalis confessionis quid sit? — 2. Sigillum sacramentalis confessionis obligat confessarium ad celanda peccata in confessione detecta triplici jure, scilicet naturali, divino et humano seu ecclesiastico. — 3. Ostenditur, quod obliget jure naturali. — 4. Item, quod obliget jure divino. — 5. Item, quod obliget jure humano seu ecclesiastico. — 6. Hinc obligatio servandi sigillum sacramentale, tam strictè ligat et urget, ut in nullo excogitabili casu directe vel indirecte revelari possit, quamvis salus propriæ vitæ, imo totius mundi inde penderet; quin imo licet per hoc omnium hominum damnatio impediri posset. — 7. Ad sigillum sacramentale qui teneantur ultra confessarium, ad num. 8. — 9. An inveniens chartam, in qua sunt descripta peccata personæ cognitæ, teneatur ad sigillum sacramentale? — 10. Talis inventor tenetur ad sigillum naturale sub mortali, si illa charta contineat gravia et diffamantia peccata. — 11. Si aliquis mutus, vel alias impeditus confiteatur confessario præsentem per scripturam, et tunc durante actione sacramentali, aliquis legat illam scripturam, is omnino ad sigillum sacramentale tenetur. — 12. Ad sigillum sacramentale tenetur prælatus, seu superior, cui poenitens, vel confessarius manifestavit pro licentia absolutionis obtinenda peccatum reservatum, quamvis pro absolutione remittat ad alium. — 13. Superior seu confessarius, qui postea ad superioritatis gradum fuerit assumptus, nullo modo uti potest ad exteriorem gubernationem ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuit, et dantur ad id decreta. — 14. Hinc confessarius, qui ex confessione socii conspirationis contra se, novit sibi parari insidias in itinere a se subeundo, sibi parari venenum in vino a se bibendo, et hujusmodi, si non, arripiendo tale iter, non bibendo tale vinum, et hujusmodi, sequeretur aliqua suspicio apud alios socios dictæ conspirationis de peccato confesso, aut periculum damni dicti poenitentis, tunc teneretur dictus confessarius enixe se Deo commendare, et tale statutum iter arripere, tale vinum bibere, et hujusmodi. — 15. Secus autem si in similibus casibus tales concurrant circumstantiæ, quod nulla directe, aut indirecte oriatur suspicio peccati conspirationis confessi. — 16. Unde post supra allata decreta jam non videtur practice probabilis sententia docentium confessarium ex sola confessione cognoscentem poenitentem suum indignum esse dignitate et officio, ad quod concurrat, posse ideo illi in electione gratuita et secreta denegare suum suffragium. — 17. Afferunt ad id notabile documentum Scoti. — 18. Confessarius ordinarie loquendo, neque de petita et obtenta licentia poenitentis potest uti scientia confessionis, et revelare ipsam sacramentalem confessionem. — 19. Potest autem id ex gravi quadam causa, et ad bonum finem de expressa et libera facultate ipsius poenitentis. — 20. Sine expressa et libera licentia poenitentis neque licet confessario loqui cum ipso poenitente extra confessionem sacramentalem. —

(1. Sigillum sacramentalis confessionis est obligatio servandi secretum in omnibus, quæ in ordine ad absolutionem sacramentalem confessario aperiuntur. Est in re communis.

(2. Sigillum sacramentalis confessionis obligat confessarium ad celanda peccata in confessione detecta triplici jure, scilicet naturali, divino et humano, seu ecclesiastico. Ita Scotus, in 3, dist. 22, q. 2, et communissima aliorum. (3. Et quidem quod

21. Confessarius, qui in confessione gravem errorem commisit, quid circa id debeat et possit. — 22. Sub sigillo sacramentali cadunt omnia peccata, tam mortalia quam venialia, et circumstantiæ, et defectus naturales non solum ipsius poenitentis, sed etiam complicitis. — 23. Assignantur varii casus, in quibus confessarius per suas locutiones sigillum frangit. — 24. Confessarius se exponit periculo frangendi sigillum, si dicat: Prima mulier, quam audivi in confessione, fuit adultera. — 25. Confessarii violantes sigillum confessionis subjacent gravissimis poenis, quæ assignantur, ad num. 26. — 27. Poenitentia pro fractione sigilli quoad regulares quæ sit? — 28. Dictæ poenæ impositæ contra violantes sigillum sacramentale non sunt latæ sententiæ, sed ferendæ. — 29. Ut quis propter violationem sigilli incurrat prædictas poenas, plura requiruntur; et primo requiritur, quod sit sacerdos confessarius. — 30. Alii autem revelantes non subjacent præfatis poenis, sed puniendi sunt per judicem poena extraordinaria. — 31. Secundo requiritur, quod confessarius revelet peccata in confessione sacramentali sibi a poenitente exposita animo se accusandi, et absolutionem recipiendi; secus autem non. — 32. Tertio requiritur, ut confessarius revelet aliquod peccatum, vel mortale, quod sufficit, si revelet in genere, vel veniale, quod necesse est, ut revelet in specie. — 33. Quarto requiritur, ut confessarius revelet peccatum præsumptuose. — 34. Quinto requiritur, ut confessarius revelet peccatum alicui alteri, quam ipsi poenitenti extra confessionem, sive ipsi sine ipsius licentia objiciat. — 35. Judex in causa violati sigilli sacramentalis est solus ecclesiasticus, minime vero laicus. — 36. Ex iudiciis ecclesiasticis cuinam competat talis causa? An episcopo vel inquisitori. — 37. Ut judex ecclesiasticus instruere possit processum contra violatorem sigilli sacramentalis, non requiritur licentia poenitentis. — 38. Quando confessarius violator sigilli se reum fatetur, non est opus alia probatione, ad hoc ut possit puniri poena ordinaria. — 39. Quando confessarius dicit se peccatum non ex aliqua confessione sacramentali, sed tanquam aliunde sibi notum manifestasse, incumbit ei probare qua via et modo illius notitiam acquisierit. — 40. Quando autem fatetur confessarius se quidem peccatum ex confessione scivisse, sed cum licentia poenitentis revelasse, tenetur id probare, si poenitens ipse sit accusator. — 41. Secus autem, si alius sit accusator. — 42. Imo etiamsi poenitens sit accusator, creditur confessario, si sit ceteroquin optimæ famæ et integritatis; secus autem si poenitens sit melioris famæ et integritatis, quam ipse confessarius. — 43. Si autem cæteris paribus dubium existat, creditur potius confessario asserenti, quam poenitenti neganti licentiam fuisse concessam. — 44. Ad probationem violati sigilli sacramentalis, sufficiunt etiam testes singulares. — 45. Afferuntur quæ novissime ad debitum sigilli sacramentalis custodiam disposuit Benedictus XIV. — 46. Alia ad rem ad num. 85.

obliget jure naturali, clare patet quia, natura dictante, non est aliis faciendum, quod quisque sibi fieri non vellet, juxta illud vulgatum: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris* (Tob. IV, 16): Nemo autem vellet, quod suum secretum, ex quo aliqua infamæ nota eidem posset inuri, manifestaretur, adeoque sigillum confessionis obligat jure naturali; alioquin lex naturæ de servanda fidelitate et secreto proximi celando violaretur.

(4. Quod autem obliget jure divino, clare